Fragmentarium

abraham. Ordo ī poſter᷒: ſed
neceſſarie cōmutat᷒. Si enim
ꝑmū poſuiſſ& abraham: & p᷒
ea dd. rurſ᷒ repetendꝰ ei fuerat
abraham: ut gn̄ationiſ ſerieſ
tereretur. Ideo autē certiſ ꝑter
miſſis. horum filiū nuncupa
uit: quia ad hoſ tantū eſt facta
de xp̄o repromiſſio. Ad abrahā:
in ſemine inquit tuo bn̄dicē
tur omnſ gētes: quod eſt xp̄e. Ad
dauid. de fructu uentriſ tui
ponam ſup ſedem tuam.
℟ Cum iocunditate celebremus
natiuita tem be a te uirginis
mari e ut ip ſa pro no bis inter ce
dat ad dominum ihesum cri ſtum
V Natiuitatem hodiernam ꝑpetue uirgi
nis ſollempniter celebre mus. Vt ip.
Iudaſ autē genuit phareſ l. viii.
& zarā de thamar. Notandū
in genealogia ſaluatoris nul
lam ſcārū aſſumi mulierū:
ſ; eas quas ſcriptura reprehen
dit. ut qui ꝓ peccatores uenerat.
de peccorib᷒ naſcens. omnium pec
cata deleret. Vnde & in ſequē
tib᷒ ruth moabitiſ ponitur. &
bethſabee uxor urie. Naaſon
autē genuit ſalmon. Iſte eſt
ſalmon ꝑnceps trib᷒ iude. ſic
in numeris legim᷒. Ioram autē
genuit oziam. Oziaſ autē

ioatham. In iiii regū uolumi
ne: legim᷒ de ioram ochoziā
fuiſſe gn̄atum. Quo mortuo io
ſabeth filia regiſ iorā ſoror
ochozie. tulit ioas filiū fr̄iſ
ſui. & eū interitioni q̄ exerce
batur ab athalia ſubtraxit.
cui ſucceſſit in regnum fili᷒
ei᷒ amaſias. p᷒ quē regnauit
filiuſ eius azarias. qui appel
latur & ozias. cui ſucceſſit io
atham filiuſ eius. Cerniſ ergo
q̄d ſcdm̄ fidem hyſtorie treſ
regeſ in medio fuerint. quos
euglīſta ꝑtermiſit. Ioram quippe n̄
genuit oziam. ſ; ochoziā. &
reliquos quos enumerauim᷒. Verū
quia euangeliſte ꝓpoſitum erat
treſ theſſaraſce decadeſ in di
uerſo tēporum ſtatu ponē. & iorā
gn̄ri ſe miſcuerat impiiſſime
iezabelis: iccirco uſq; ad ter
ciam gn̄ationē ei᷒ memoria
tollitur. ne in ſcē natiuitatiſ
ordine poneretur. ℟ Corde &
a ni mo criſto canamus glo riam
in his ſacris ſollemp niis precel ſe
genitri cis dei mari e. V Omnes
pariter congrega ti dominum collau
de mus. In his. l. ix.
Et p᷒ tranſmigrationē babylo
nis: iechonias genuit ſala
thiel. Si uoluerim᷒ iechoniā

ARCHIVES
de l'ABBAYE
du PARC

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB21/1, Fol. [2]r – Noted breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-afi1/6825/56772)